

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

## **Jonstoni Historia Naturalis**

Ioann. Jonstoni|| Historiae Natvralis|| De|| Piscibvs|| Et Cetis|| Libri V||

**Jonston, Jan**

**Heilbrunna, MDCCLXVII.**

**VD18 90529014**


Illustration: Tab. XVII. Mullus Minor. Kleiner Rotbart [...]

**urn:nbn:de:gbv:45:1-11089**

Mullus Minor. Kleiner Rotbart.



Faber.



Meer Schmitt.

Mullus maior.

Großer Rotbart.



Faber marinus

Meer Schmid.



Liparis

Schmalz fisch



Alauda.

Meer Lerch.



Pholis.


alauda species

SchleimLerch.




Cuculus.

Redfisch Meerhyrn.



Hyrundo.

Meer Schwalb



Cuculus.

Redfisch.



Milvus.

12

Meer wgr.



Hyrundo. alia



Atherina.

Kleiner Hering art.



Phagrus

Pote Meer Brajmen.



Chromis.

Kleiner Brajmen



Nec abludit ab his **SCORPIO** DES Rondeletii sic dictus, quod capitis forma Scorpioni marino similis sit, totidemque supra oculos apophyses licet molles habeat. Galli *Leporem marinum*, quia rostrum terreni leporis περιτομή five *scissura* admodum simile habet, nuncupant. Differt

a Scorpio dentibus, quos ferratos quidem habet, sed tenues et densos admodum, et in superiore maxilla duos exertos, ab eodem et Galerita pinnae dorsi magnitudine, duabusque ejusdem pinnae nigris maculis distinguitur. Littoralis est, mucō vescitur et aqua.

\*\*\*\*\*

TITVLVS III.  
DE PISCIBVS MARINIS LITTORALIBVS.

CAPVT I.

*De Squammosis non planis.*

ARTICVLVS I.

*De Mullo.*

TAB. XVII.  
5. 6.

TAB. XVIII.  
4.

Plin. H. N.  
l. 9. c. 17.

Oppian.  
Halieat. l. 1.  
v. 590.

**N**on minus bene primum *Mullo* inter littorales pisces locum dari, quam Scaro inter saxatiles datus est, inferius patebit. *Nomen* apud Latinos non tam a mulleorum colore, (calcei erant, quibus priores Albanorum Reges, postea patricii usi sunt) quod Fenestellae teste Plinio placet; quam a mollitie inuenit. Seruitutis est indignatissimus, ut Columella loquitur, et in piscinis nihil vel parum saltem crescit. Graecis τριγλη non τριγλα et τριγλις quod de foemina sumendum est, quod ter pariat. Hinc Oppianus τριγόνισιν ἐπανύμεσ γονήσι dicit; vocatur. Cretensium vox Στριγλημπαεπίνου ex Graeca et Veneta composita est. An γενίωτασ dicantur, quod Hesychius inuenere videtur, cum Triglas Graeci γενειάτιδας cognominent, in medio relinquo.

*Duo ipsorum sunt genera.* Alii sunt *Barbati*, quos γενειάτιδας vocant, quique sola succi bonitate, siquidem alii alga, alii carne vescuntur, differunt. Vnde *Lutarii* apud Plinium nomen. *Imberbes* alii, quos quidam ἀπογόνες, τριγλάες Sophron, et quidem, ἄμφαλοτόμες, quod umbilicus podexve aut magis quam aliis congeneribus patet, aut minus rotundus est; εὐδαίες, quod in summo mari natantes tranquillitatem promittant, nuncupat. Dari tales Salvius negat, nullum alium ex veteribus ejus meminisse,

perperam praetendens. Xenocrates enim saxatilem barba destitui inuenere videtur, dum pelagium describit. Mullastros recte dixeris, quorum alium imberbem, alterum a squammis asperum Rondeletius facit. Figurae est totus oblongiusculae, magnitudinis mediocris; binas libras raro exuperare, apud Plinium habetur, quadrilibris Seneca, sex librarum Juvenalis meminere. Si verum est octoginta librarum in mari rubro captum, ut Lucius Mutianus apud Plinium prodidit. Alterius is generis fuerit necesse est, dorso repando, unde κύφας gibbosas Epicharmus in nuptiis Hebes dixit, ventre plano albicante, caetera purpureo, hinc ξανδοχρασα φύλα Mullorum apud Oppianum. Matronus Parodus μιλτοπαερον colore miniaceo fecit. *Squammas* magnis, tenuibus, ferratis, obliquo situ dispositis, facile ut apparet deciduis, robustis tamen. (Tiberius piscatori sibi secreto agenti insignem adferenti Mullum, eo faciem perfricari iussit) Pallentes eadem seu ad yiredinem vergentes, virgis quibusdam parallelis insignitae. Si vivus desquametur, *colorem sanguineum* fortiri, hinc χρυσώπε apud Plutarchum, et ξανδοχρασα apud Nausicratem nomina, Massurius author est. *Mortuum* versicolori quadam et numerosa varietate spectari, rubescendumque squammarum multiplici mu-

Juvenalis  
in Satyra.  
Plin. H. N.  
l. 9. c. 18.

Oppian. l. c.

Sueton. in  
Tiberio.